

Johannis ep. Misn. confirmatio
 Curis a Decano Jo. Leisentritio III
 Ludiffa. 1562.

Tabell III
 8. 198

Johannes Dei & apostolica sedis gratia Episcopus Misnensis ad sempiternam rei memoriam, Gratulam arbitramur, nos Deo exhibere servitutis obsequium quando nostra beneficentia manus porrigimus ad ea, per quae Christi ecclesiae salus acquiritur verusque Dei cultus augetur, atque vere domesticorum fidei utilitas promovetur. Cum igitur Reverendus & nobis in Christo dilectus vir Dominus Johannes Leisentritius, Collegiata Ecclesiae nostrae sanctae Petri in Ludiffina Superioris Lusatie Decanus, Prototonarius apostolicus & aula Sacri Palatii Lateranensis Comes, in Superiori & Inferiori Lusatia Comesarius super generalis, simul et Romanae Caesareae Majestatis etc. Domini nostri clementissimi in spiritualibus Confiliarius et de bonis a Deo sibi collatis & laboribus suis partis & acquisitis ad Dei omnipotentis gloriam & honorem atque perpetuam Christi Jesu unici Salvatoris & redemptoris nostri memoriam & gratiarum actionem, tandem ad privatam ex sua stirpe seu progenie legitime procreatorum ad honesta studia promovendorum commodum & specialem uti-